



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die quinta Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

erat, legauit forestum *Suichtelem*, cum suis pertinentijs, quod statim post mortem patris, bonis operibus dedita, inhabitauit. Ter profecta est Romam, & in secunda profectione ad summum pontificem tulit in chirotheca terram ex coemeterio undecim millium virginum: à quo Coloniā retulit caput sancti Siluestri.

Constituit præterea & dotauit hospitale, in *Hachtorijs* nominatum: ubi deuotissime & pauperibus seruiuit, & diem suum obiit. Post transitum sepulta est apud tres Reges. Vbi quotidie corpus eius omnibus videndum patet, in sacello sancti Bernardi, de monte Louis.

Die quinta Septembris.

*De sancto Bertino abate.*

*Ex Martyrologio D. Bertini.*

**I**N pago Teruānensi, monasterio dicto *sibiu*, depositio almi patris nostri sancti Bertini, abbatis & confessoris. Qui vita & miraculis insignis, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimo octaua migravit ad Dominum. Vbi dum dies Caniculares finem faciunt, sicut venerabilis Gregorius Turonensis episcopus scribit, fine ultimi diei mutati sunt viri sancti inuicti labores, quoniam dum termino virtutis diem clausit ultimum, in regeneratione viua diem accepit perpetuum, Iesum Christum Dominum nostrum. Hic patria Constantiensis, cum Mommoleno & Bertrammo, ex Luxouensi cœnobio egressus est, ad Trinitatis fidem prædicandam. Qui tres à beato Audomaro suscepit, officium legationis suæ labore continuæ prædicationis subibant. Inter roros quos sanctus Bertinus, plenus ætate & Spiritu sancto obiit, sepultus in *sibiu* monasterio, quod ipse construxerat, sumptibus potissimum viri nobilis

*Locus non  
extat in  
Greg excu-  
sis libris.*

*Nec verum*

*esse posst*

*cum mors*

*S. Bertini*

*sit annis*

*centis Gre-*

*gorio poste-*

Septemb. 5.

N A T A L E S

bilis Adroaldi: in quo annis quinquaginta octo habitauit, cum multis religiosis. Natalis eius celebratur quinto Septembris: Audomari autem nono huius mensis Quo loco de sancto Bertino & Bertinensis monasterij dignitate, plura leguntur ex Folckardo Bertinensi, qui vitam vtriusque, tempore Leonis Papæ noni, & Bononis abbatis, descripsit, & ex Ioannis Iperij Chronicis. Quare hic tantum subiiciemus reliqua Martyrologij verba. Quæ sunt, Sexto Nonas Maij, Monasterio *suhiu*, gloria eleuatio corporis pretiosissimi confessoris Christi Bertini, anno Dominicæ incarnationis millesimo quinquagesimo secundo. Decimo septimo Calendas Augusti, Sancti patris nostri Bertini corpus, à beato Folquino transferatur & reconditur, anno octingentesimo quadragesimo sexto. Decimo sexto Calendas Iulij, monasterio *suhiu* intentio pretiosissimi corporis sancti Bertini, quod repertum est sub capitaneo altaris sancti Martini, vbi olim à beato Folquino translatum & reconditum fuerat, anno octingentesimo quadragesimo sexto. Iacuit autem dilectus & sex ferè annis, cum primitus in sepulcro suo quievisset centum & quadraginta nouem annis.

Fortassis autem pro (*capitaneo altaris*) legendum est *capitaneo altari*. In chronicis enim Bertinensis capite trigesimo nono, habetur, iuxta capitaneam Crucem.

a. Et Chronic Camerac. lib. 3. c. 33. *Capitaneum monasterium.*

Septima